Año 22.° Viérnes 17 de Diciembre de 1875. N.° 19.

†

# BOLETIN ECLESIÁSTICO

DE LOS OBISPADOS DE

# SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

## OBISPADO DE SALAMANCA

## Y ADMINISTRACION APOSTÓLICA DE CIUDAD-RODRIGO.

Debidamente autorizados *ad quinquennium* por rescripto de la S. Congregacion de Ritos de 19 de Enero de 1874, subdelegamos por el mismo tiempo á nuestro Vicario General, á los Dignidades, Canónigos, Arciprestes, encargados de Parroquias ó Iglesias y Capellanes de Monjas de estas Diócesis *ad benedictionem Sacræ illius Supellectilis pro qua sacra unctio non adhibetur.* Teniendo presente la declaracion de la misma S. Congregacion de 17 de Mayo de 1860 inserta en la Circular de este Boletin Eclesiástico, página 83, correspondiente al año 1873.

Salamanca 16 de Diciembre de 1875.—NARCISO, *Obispo de Salamanca y Administrador Apostólico de Ciudad-Rodrigo.*

Universidad Pontificia de Salamanca

# INAUGURACION DEL CURSO ACADEMICO DE 1875 Á 1876

## EN EL SEMINARIO CONCILIAR CENTRAL DE ESTA CIUDAD.

### CONCLUSION.

Quoniam vero Sacra Scriptura, ex hoc potissimum tempore, juxta protestantium systema, ita perspicuam esse existimabant, ut non aliquo interprete indigeret, idcirco nobillissimi interpretes atque expositores suis commentariis illustrarunt. Hos inter excelluerunt, Augustinus Justinianus, patria Genuensis, Nebiensis in Corfia Episcopus, ex ordine FF. Prædicatorum assumptus, Sacrarum Litterarum linguarumque peritissimus, primus in Regio Collegio Parissiis hebraicæ linguæ professor, a Francisco I Rege christianissimo vocatus, qui novo et ingenti ausu primus omnium Vetus et Novum Testamentum in unum corpus redigere conatus est, quod *Biblia Octapla* inscripsit. Franciscus Ximenius e Cisneros, Hispanus S. R. E. Cardinalis, et Toletanus Archiepiscopus, ex ordine F. F. Minorum assumptus Archicancellarius, inquisitor generalis et Pro-Rex Hispaniarum, qui accitis undique viris doctissimis et vetustissimis, probatissimisque Codicibus ex Vaticana, Medicea, Veneta, aliisque bibliothecis studiose conquisitis, Biblia Sacra, variis linguis excudenda magna accuratione, summisque sumptibus curavit. Didacus Deza, ordinis FF. Prædicatorum professor et Doctor Salmanticensis, Catholico Regi Ferdinando a Confessionibus, ab eoque Joanni Principi Regnorum hæredi datus Præceptor, cum Zamorensis, Salmanticensis, Palentinæ Ecclesiarum sacris succesive præ-

Universidad Pontificia de Salamanca

fuisset, ad Hispalensem Archiepiscopatum translatus est; et demum Archipræsul Toletanus et Hispaniæ Primas designatus, obiit, relictis pluribus doctrinæ suæ monumentis, ex quibus *Monotessaron Evangelicum* præclaris commentariis illustratum numeratur. Sanctes Pagninus Lucensis, ejusdem ordinis Concionator, Apostolicus vir in sacris litteris insignite eruditus, et trium linguarum, sed hebreæ potissimum peritissimus, novam totius Scripturæ versionem aggressus est, Leone X Pontifice animos addente, et sumptus Operi necessarios præbente: collatis itaque inter se vetustissimis et probatissimis codicibus, quanta maxima valuit diligentia et fide, vetus omne Testamentum ex hebraica veritate in latinam linguam transtulit. Ejus editionem peritissimi quique Hebræorum Rabbini cæteris versionibus latinis anteponunt et laudibus efferunt. Franciscus Ribera, Hyeronimus Pradus, Franciscus Toletus, Joannes Ferdinandus, Emmanuel Sa et Alphonsus Salmeron, sex præclarissimi theologi Societatis Jesu qui omnium admirationem rapuerunt, quibus demum addendus Benedictus Arias Montanus, Doctor Hispalensis, omnium pene gentium linguis atque litteris excultus, a Philippo II Rege catholico in Aulam vocatus, et in ordine militiæ S. Jacobi cooptatus, qui præterea scripsit *Apparatum ad sacra biblia* multis libris constantem, quod quidem opus totius eruditionis biblicæ promptuarium non immerito est reputatum.

Instaurant jansenistæ protritas hæreses Calvinianorum, atque statim arma in illos stringunt inter cæteros Petavius, Fenelonius, Tricassinus, Daniel et Fontana; insurgunt anteacto sæculo increduli philosophi, et en repente inclarescentia nomina Card. Gotti, Hauteville,

Universidad Pontificia de Salamanca

Bergier, Spedalieri et Feller, sicut pariter inclaruerunt Fenelonius, Lamy et Gerdil adversus sensismum, materialismum, spinosismum, aliaque philosophica ejus ætatis monstra.

Dum autem, catholica doctrina, ita de Protestantismo et pseudo-philosophismo sæculi decimi octavi triumphum agebat, nova plane apud protestantes et incredulos oriebatur atque adolescebat philosophandi ratio, quæ quidem non parum damni reipublicæ christianæ attulit. Emmanuel Kantius, scepticis Humii principiis vehementer commotus, præsertim vero systemate idealismi transcendentalis, fundamentum jecit et latissimam viam aperuit scepticismo, qualem nulla antea philosophorum secta, nec pyrronica quidem fuerat professa. Kantii vestigia Schelling sequutus, omnia christianæ theologiæ mysteria, ita ratione explicata fuere, ut potius omnino pervertantur, ac nihil aliud sint, quam doctrina paganorum mysteriorum evoluta et publice manifestata. Rem denique complevit Hegelius, qui Religiones omnes veluti necessarias ideæ evolutiones in humanitate spectans, earum omnium complementum in sua collocat philosophia, quæ sola, homine Deoque digna religio est. Hinc, rationalismus theologicus, qui in ipso protestantismi sinu delitescens. sæpe jam foras prodierat, cancellis quibusque abruptis, sese in omnem partem diffundit, et multiplices induit formas mysticismi, gnosticismi, sentimentalismi, transcendentalismi, quæ tamen in id unum conspirant, ut quidquid supernaturale est, evellant radicitus, adeoque Christum historicum, totamque revelatam religionem abjiciant, ut Strauss probare intendit, vita *Jesu Christi*, quam inscripsit.

Universidad Pontificia de Salamanca

Pætereo, ob temporis angustiam, prætereo theologos catholicos, qui felici succesu, aut doctrinam Kantianam impugnarunt, ut inter alios Gallupi, Rosmini et Romano, aut veram neo-electicismi indolem, larva quavis detracta, id aperto posuerunt, uti Maret, Prat, Gioberti, aliique quamplurimi. Laudabo tantum Adamum Mœhler, *simbolicæ* auctorem, quæ in plures linguas conversa, magnos ubique plausus excitavit, novamque viam efficacem acatholicos profligandi aperuit. Laudabo præclarissimum Wiseman, qui egregie se habuit, tum suis *Collationibus*, quas vocant, circa varia catholica dogmata, tum lucubratione de Eucharistia, tum demum aliis compluribus scriptis, quæ numquam satis commendari possunt.

Quod si jura pontificia, quod si jura publica ecclesiastica deturbantur, en in America Meridionali Ignatium Thomam Moreno, et in Septentrionali Patritium Keurick, et in aliis Europæ regionibus, Devoti et Zallinger,et Maurum de Schenkel, et Ferdinandum Valter, et Card. Sogliam, omnes in id conspirantes, ut jura Petri solerter vindicentur.

Quod si societates biblicæ nuncupatæ, longe, lateque propagantur, mementote, quæso, encyclicæ Gregorii XVI (1), zelum catholicorum excitantis, confirmatisque conatus eorum, qui laudem sibi promeruerunt in biblicis lucubrationibus, uti extant Jahn, Alber, Weith, Jansens, Ungarelli, Mellini, Glaire, aliique permulti.

Quod si demum aliqui e protestantibus ipsis, speciatim vero anglicani Oxonienses ad Patristicæ cultum recenter se dederint, non ideo catholici moderni patris-

(1) Encyclica data die 8 Majii 1844.

Universidad Pontificia de Salamanca

ticum studium neglexerunt. Iterum in scœnam prodeo Mœhler, sua Patrologia; quæ sibi laudem magnam peperit, necnon alio opere cum eo connectente, *De Athanasio M. ejusque œtate.* Opera vero Fessler, et Michaclis Yus, satis indicant, Patristicam apud catholicos magno in prætio semper fuisse.

Verum, ne ultra æquitatis limites mea pervagetur oratio, innuere mihi fas esto, nobiles et præstantes viros qui hodie in favorem Religionis catholicæ adlaborant. Ut paulo ante leviter attigi, catholici scriptores omnium fere regionum vocem sustulere ad homines et institutiones medii œvi vindicandas, et quidem adeo feliciter id præstiterunt, ut nemo sit in præsens qui illas calumnias repetere audeat, quin seipsum peregrinum in scientiis confiteatur.

Voigt in Pontificis Gregorii VII historia illustranda; Hurter idem gerens in vita Innocentii III; Comes Leopoldus de Stolberg et Kater Kamp, primus in *Historia Religionis Jesu Christi;* secundus vero in *Introductione ad historiam ecclesiasticam;* Dællinger et Hefel; Ritter et Berthes, Alzog, Dr. Sepp, Montallembert, Abbas Gorini, P. Gratti, Henrion, Chretineau-Joli, Palma et alii non pauci, operam dederunt historiæ ecclesiasticæ conscribendæ, et quidem non uno nomine commendandi.

Parum refert, quod acatholici moderni nihil non moveant ut errores sui longe lateque diffundantur; ex universo orbe viri sapientes surgent a quibus et errores conterantur et veritatem catholicam de novo lucescere faciant. Illi, veritatem catholicam oppugnarunt, sive seorsim, sive conjunctis viribus, tum aperta vi, dirissimis scilicet in eam, ejusque ministros, excitatis perse-

Universidad Pontificia de Salamanca

cutionibus, tum calamo ac publicis typis, undique argumenta conquisitis, non solum ex Scriptura, vel ecclesiasticis monumentis, sed ex historia, antiquitate, chronologia, phisica, mathesi, astronomia, therapeutica, geologia, sculptura, pictura, pöësi, adeo ut vix humana scientia, vel artium pars aliqua sit, ut sapienter notat Perr. qua abusi non fuerint, et ex qua identidem arma non desumpserint, ut Ecclesiæ extremam perniciem inferrent. Ast neque dormitavit Ecclesia in hac nova et numquam visa tempestate. Præsto enim occurrunt in geologicis in zoologicis in phisiologicis scientiis egregii catholici viri De Serres in opere *Cosmogonia Mosaica cum factis geologicis comparata,* Jehan, Debreyne, Panciani, et Blainville, in præclaro suo opere nuper edito *Histoire des Scienzes de l' organisation et leurs progres come base de la philosophie;* occurrit in geographicis La Borde, qui accuratis itineribus atque operibus suis sacram geographiam illustravit; in philosophicis Gallupi, P. Ventura Raulica et P. Perrone qui cum theologus magna nota sit, non minorem lauream obtinuit ob suum philosophicum ingenium, S. Severinus, Liberatore, Priscus a S. Severino edoctus, Cursi, Taparelli, et P. Piccirillo præcipuus director *Civiltatis catholicæ;* occurrit in catholicis controversiis Ludovicus Veuillot, qui maximopere adlaboravit in ephemirede «*L' Univers,* atque in lucem edidit egregiam quæstionum seriem sud titulo «*Melanges religieuses, historiques, politiques et litteraires;* occurrit Mons Doupanloup, Pio IX gratissimus, eo quod veritatem catholicam defenderit in ultimo civili gallicano conventu; occurrit Abbas Gaume, Martinet et Genande locum illustrem interca-

Universidad Pontificia de Salamanca

tholicos scriptores occupantes; occurrit Mons. Segur atque Guillermus Faber, primum anglicanus, deinde vero in catholicum ferventem conversus; occurrit Carolus Perin in operibus *de la rechesse dans les societes chretiennes* et *les lois de la societe chretienne;* occurrit Jacobus Margotti, libri *Romæ et Londini* auctor; occurrunt Henricus Athanasius, P. Secundus Franco, quin denique prætermittam Antonii Aparasi nomen, nationis hispanicæ honos atque maxima gloria.

Multa, adhuc essent dicenda, ad ætatis nostræ commendationem in scientiis theologicis et catholicis juvandis, fovendisque. Eo potissimum spectant periodicæ collectiones ex quibus utillissimæ nostra ætas recenset; sua habet Gallia, quæ inter præstant *Annales christianæ philosophiæ.* et *catholica Universitas;* sua habet Italia, in quibus digni sunt qui commemorentur *Civiltá catholica*, præter ea quæ Neapoli sub titulo *La scenza e la fede* in eumdem finem evulgantur; nec denique desunt Hispaniæ *La Cruz, La Civilizacion*, aliaque multa quæ silentio præterire opus est; argumenta præclara illius, quod universim fervescit studium, catholicam scientiam, atque theologiam ulterius amplificandi, quod probandum assumpsi.

Adeste, itaque animis, præclarissimi juvenes, scientiam comparate, scientiam, inquam, divinam, matrem ac magistram scientiarum omnium. Jam inde, ostendere debetis, sacerdotem á veritate catholica, imo etiam a naturalibus scientiis nullo pacto alienum esse, Nihil in hoc perillustri archygimnasio vobis deest. In magna laude ponendum quod Præsul habeatis diligenter incumbensut nullo elemento careatis ad virtutem et scientiam acquirendam; magistros sin sapientes saltem ves-

Universidad Pontificia de Salamanca

træ utilitati semper consulentes. Tandem, attendite; dilectisimi Tyrones, dicam vobis; cum quodam Episcopo Lugdunensi, in his similibus adjunctis, salutis scientiam a Patre luminum, cujus est munus, defluere; et proinde ad eam obtinendam lectioni et meditationi præces esse adjungendas. Memineritis, quæso, præclaras animi dotes, longos labores, et omnes humani ingenii conatus esse veluti solum fertile et bene præparatum, quod tamen ut fructus ferat, rore cœli perfundatur, necesse est. Sancti Ecclesæ Doctores, ex illo cœlesti fonte scientiam uberius hauserunt, quam ex hominum scriptis. Eorum exemplum vobís imitandum propono; si eruditionem cum humilitate conjunctam, perinde ac ipsi, assequi vellitis. Orationem et laborem, duas quasi pennas adhibete, quibus subnixi ad cœlestium veritatum cognitionem assurgatis; unusquisque vestrum cum Propheta divinam opem his verbis imploret: «Disciplinam et scientiam doce me.»

Dixi.

## Mision de la Herguijuela de la Sierra.

Existen en el seno de la Iglesia católica inestimables recursos que, ante la mirada dulce y agradable de los creyentes, y el estupor de los incrédulos é indiferentes hacen salir espontáneamente de los lábios de todos, cuando aquellos son empleados en la restauracion de las decaidas costúmbres, estas inspiradas palabras «Esta es la mudanza de la diestra del Escelso.»

Universidad Pontificia de Salamanca

Esto se verificó puntualmente en el pueblo de la Herguijuela cuya sucinta relacion no incluimos en la general de las Misiones, porque no estaba comprendido en el itinerario que se marcara á los Operarios Evangélicos, sino que circunstancias especiales, reclamaron la atencion de los PP. que formaran la 8.ª terna sobre este pueblo, que veian en la triste horfandad; pues hacia dos años que las contínuas disidencias, hijas de la época, habian obligado á su Párroco á ausentarse de su feligresía, viéndose esta privada lastimosamente por largo tiempo del pasto espiritual y del Santo Sacrificio, si bien atendida en sus mas urgentes necesidades, por el Cura Párroco de Cepeda, no sin graves sacrificios.

En la tarde del dia 25 de Mayo último del corriente año, el Señor en su infinita misericordia, quiso visitar á este pueblo, por medio de sus enviados los RR. PP. Muñoz, Sanchez y Martin, que en su paso de Cepeda, donde acababan de misionar á la Villa de Sequeros, se detuvieron en él, empezando á brillar para los desolados hijos de la Herguijuela, el luminoso astro de la esperanza. Con efecto, los indivíduos del Ayuntamiento y Juzgado municipal acompañados de un inmenso concurso del pueblo salieron á recibir á los PP. Misioneros, que eran seguidos aun por los fieles de Cepeda; por manera, que se confundian el cántico de regocijo de estos con el de la esperanza de aquellos. Llegaron al Templo, y en la forma acostumbrada anunciaron su mision al pueblo de la Herguijuela, que sediento de la paz espiritual y temporal supo acoger con profunda alegría y veneracion.

El método que los PP. adoptaron en este septenario fué el mismo, que en las demás misiones; mas como

Universidad Pontificia de Salamanca

desgraciadamente no habian cumplido los fieles con el precepto pascual hacia dos años, no podian lucrar la indulgencia plenaria del Sto. Jubileo, y para que consiguieran tesoro tan inapreciable, dirigieron todos sus esfuerzos los PP. Misioneros acompañados del Señor Cura Párroco de Cepeda, á que llenaren en los dos primeros dias la Ley Santa de la Iglesia, separando de sus frentes la maldicion para colocarse despues bajo el lleno de las bendiciones y misericordias que el cielo les ofreciera y con efecto, apresurábanse los fieles á cumplir con aquel divino precepto, brillando para la Herguijuela las entre abiertas puertas de la alegría con la recepcion de los Santos Sacramentos en el solemnísimo dia del Corpus-Christi, dia en que el Señor se ostenta ante el mundo católico circundado de la corona de honor, de magnificencia y de amor de que le adorna la Iglesia por mano de sus hijos en los templos, las calles y las plazas. En el momento en que el P. Misionero Muñoz iba á tomar en sus manos á Aquel que ha recibido todo poder en los cielos, en la tierra y en los abismos, para conducirle triunfante en su marcha por las calles de un pueblo que antes le habia amado, pero que hacia dos años permanecia indiferente sentado en las tinieblas y sombra de la muerte, dió al Señor humildes gracias delante de este pueblo, sobre quien iba á derramar á manos llenas sus gracias por la predicacion de las eternas verdades, y todos sus habitantes se sintieron estremecidos profundamente por el gozo y la esperanza.

En ninguna parte era tan necesaria la enseñanza y esplicacion de las verdades de nuestra santa fé como en esta Villa, y esto hizo que los PP. Misioneros die-

Universidad Pontificia de Salamanca

ran una preferente atencion al egercicio de los niños de ambos sexos, de que se aprovechaban muchos adultos, y de cuya vivificante no menos que fecunda semilla se recogian consoladores frutos en el confesionario pues la contriccion de los fieles era palpable. Las victorias que rodearon y siguieron á la palabra divina eran contínuas en todos los dias, pero la mas extraordinaria y universal de la Santa Mision, fué sin duda alguna la que se consiguió en el Sermon del Perdon de los enemigos, de tanta oportunidad en este pueblo. Este tuvo lugar el dia 5.° de mision, 30 del mes citado, en cuya venturosa tarde apareció no la aurora, sino el mediodia de la luminosa paz; fué de tan saludable efecto, que el numeroso concurso se persuadió íntimamente del deber sagrado que tenia de olvidar las mútuas ofensas y perdonar las injurias de sus hermanos; por eso despues de pedir y otorgar perdon el P. Misionero, subió al púlpito el R. Párroco del pueblo y pidiendo perdon y otorgándole á su pueblo, este contestó en medio de una emocion general y abundancia de lágrimas que perdonaba á su Pastor, el cual luego que bajó del púlpito empezaron á sentir todos la alegría de la paz, estrechándose en el altar el Párroco con los demas Sacerdotes primero, y despues con los indivíduos del Ayuntamiento en representacion del pueblo; reconciliacion santa que se estendió á toda clase de disensiones, y que se amplió y ratificó en los dias posteriores sobre todo entre el Párroco y sus feligreses; muchos de los que se habian significado mas en las discordias, se vieron personalmente y se reconciliaron con él, prestándose á trasladar sus muebles y domésticos desde el punto en que habia vivido hacia dos años á la Herguijuela su Iglesia. Todo el

Universidad Pontificia de Salamanca

pueblo esperimentó cuán dulce es el Señor y qué encantadores los senderos de la paz por donde El nos conduce.—El dia séptimo, último de Mision, despues de recibir los últimos avisos de perseverancia, dieron por terminadas sus tareas apostólicas los PP. Misioneros, dirigiéndose á las casas en medio de un pueblo que les seguia ebrio de espiritual alegria, que no queria separarse de ellos. En estos siete dias de verdadera clemencia por parte del cielo, y de fiel correspondencia, santos anhelos, oraciones y obras de parte de los fieles, tuvieron el consuelo de ver un pueblo pacificado con su Párroco para permanecer viviendo en santa paz; lo que no podia suceder de otro modo, habiendo dispuesto su corazon á la paz de los cielos por la confesion y comunion, á cuya sacratísima recepcion solo faltó una alma, que aun esperamos seguirá el ejemplo de todos los demas fieles de la Herguijuela que con su singular conducta y comportamiento han escrito en imperecedero mármol aquella sentencia consignada en los libros Santos «*La justicia levanta á las naciones y el pecado las hace desgraciadas.*»

## Reparacion de la Iglesia de Canillas de bajo y de Vilvestre.

Hacía tiempo que los respectivos Curas encargados de estas Parroquias sentian honda pena al considerar la urgente necesidad que tenian de repararse los Templos de las mismas, y la falta de recursos para atender á los gastos de las obras por efecto de no haber cobrado del

Universidad Pontificia de Salamanca

Estado en años anteriores las cantidades que están asignadas á las Fábricas para culto; mas animados de un santo célo en el propósito de llevar á cabo sus laudables deseos, que no eran otros sino los de evitar la completa ruina que amenazara la casa del Señor, acudieron á la piedad núnca desmentida de sus respectivos feligreses, en demanda de una limosna para atender á tan imperiosas necesidades, quienes comprendiendo el deber que tenian de mostrarse interesados en la mayor honra y gloria de Dios, en tan críticas circustancias, todos contribuyeron con liberalidad ejemplar segun la medida de sus facultades, distinguiéndose por su desprendimiento los Sres. Marquéses del Vado, que como propietarios del pueblo de Canillas, dieron una limosna equivalénte á la mayor parte del importe de las recaudadas en esta feligresía; y hoy es el dia, qne con verdadera satisfaccion, podemos anunciar están terminadas las obras de reparacion de las Iglesias de Canillas y Vilvestre.

Por tan relevantes pruebas como las que en esta ocasion han dado de su fé viva y ardiente caridad todos los fieles de ambas Parroquias, bien merecen se les tribute, como lo hacemos debidamente, las mas espresivas gracias, quedando el consuelo á los Sres. Curas Párroco Arcipreste de la de Canillas, y á los encargados de la de Vilvestre, de haber cumplido dignamente su mision, así como al Illmo. Prelado el de saber, que aún están gravadas en el corazon de sus Diocesanos aquellas sublimes palabras del Libro Santo: «*La limosna es como rocío del cielo que cae sobre el alma del que la dá.*»

Universidad Pontificia de Salamanca

## Continúa la suscricion de donativos á Su Santidad.

| | Reales. | Cs. |
|---|---|---|
| *Suma anterior (Boletin núm. 10).* . | 27.513 | 12 |
| El Cura Ecónomo de Moríñigo. . . . . | 12 | |
| El Cura Párroco de Añover de Tórmes. . . | 20 | |
| D. Clemente Macias . . . . . . . . . . | 20 | |
| El Cura Párroco de Castroverde. . . . . | 40 | |
| El de Villagonzalo. . . . . . . . . . | 20 | 12 |
| Algunos feligreses del mismo. . . . . . | 13 | 38 |
| D. Ramon Martin, del Carpio. . . . . . | 12 | |
| Algunos feligreses del mismo. . . . . . | 7 | 50 |
| D. Rosendo M. del Corral, Canónigo Doctoral de Ciudad-Rodrigo. . . . . . | 80 | |
| D. Deogracias J. Casanueva. . . . . . | 20 | |
| D. Joaquin Ruiz de Cortejana. . . . . | 6 | |
| Las Sras. de la Conferencia de S. Vicente de Paul de Ciudad-Rodrigo. . . . . | 65 | |
| D.ª Estefanía N., vecina de esta Ciudad. . | 16 | |
| D. Ildefonso Hernandez, Párroco de Encinas de Abajo. . . . . . . . . . . | 20 | |
| Testamentaría de D. Simon Almendral. . | 100 | |

Universidad Pontificia de Salamanca

| | | |
|---|---|---|
| D. Isidro Almendral. . . . . . . . . . | 20 | |
| El Ecónomo y feligreses de Frades. . . | 20 | |
| El Párroco y feligreses de Mogarraz por todo el año corriente. . . . . . . . . . . | 240 | |
| *Total.* . . . . . . . . | 28.245 | 12 |

*(Se continuará.)*

## NECROLOGIA.

En 29 del mes próximo pasado, falleció D. José Mateo, Cura Párroco de Pedrosillo de los Aires, y en 8 del corriente el Sr. Cura Párroco de la Vellés, Arcipreste de la Armuña, D. Antonio Alonso, quien pertenecia á la Hermandad de sufragios mútuos del Clero, con el número 468. Los sócios aplicarán una misa y tres responsos .—R. I. P.

Salamanca: Imp. de Oliva.

Universidad Pontificia de Salamanca